

Band XI., Nr. 5181, Seite 173-174

Die Stellvertreter des Bischofs Heinrich von Konstanz beauftragen den Propst von Denkendorf und den Dekan von Kirchheim, dem Kloster Bebenhausen zur Erlangung der Erbschaft des verstorbenen Pfarrers von Oberesslingen behilflich zu sein.

Konstanz, 1298. November 6.

Magistri Waltherus scolasticus maioris et Cunradus prepositus sancti Johannis ecclesiarum Constantiensium gerentes vices venerabilis in Christo patris ac domini H. dei gratia episcopi Constantiensis in absentia constituti dilectis in Christo . . . preposito in Denkendorf ordinis sancti sepulchri et . . . decano in Kirchain salutem et in domino karitatem. Actiones et iura, que de iure scripto et consuetudine laudabili hactenus approbata ordinariis locorum in bonis competunt decedentium clericorum ab intestato, nos auctoritate et expresso consensu dicti domini nostri episcopi religiosi viris . . . abbati et conventui monasterii in Bebenhusen ordinis Cysterkiensis in universis rebus seu bonis quondam magistri Cūnradi rectoris ecclesie in Oberezzelingen, specialiter autem in curia dicta Winzun iuxta Bütelsbach sita, in qua tantum usufructus sive usus ad eum dum viveret, ad ipsum autem monasterium dominium pertinebat et adhuc sicut per litteras suas patet pertinet pleno iure, nichilominus quoque in domo sua infra muros ville Ezzelingen sita in qua ad eum habitatio sola ad illos autem spectabat et adhuc spectat proprietatis, prout dicti . . . abbas et conventus per testes vel instrumenta docere intendunt, recepta ab eisdem certa pecunie summa cessimus vice eiusdem domini nostri episcopi et integre cedimus in hiis scriptis mandantes vobis firmiter et districte quatenus detentores seu invasores earundem rerum quoscunque ad liberam restitutionem illarum eisdem . . . abbati et conventui faciendam plenarie vice nostra ecclesiastica censura cogatis, subductis tantummodo eisdem rebus seu bonis, que Ulricus de Rehberg¹ auctoritate sua invasit et temeritate propria apprehendit, super quibus nobis iura contra illum et actiones in posterum volumus esse salvas, exhumantes nichilominus seu exhumari iubentes corpus illius defuncti, si facta vobis fuerit plena fides, quod idem quondam magister C. in vita sepeliri elegerit apud monasterium Bebenhusen prefatum, illudque ibidem congrue sepeliri faciatis, contradictores et rebelles ad id censura simili si oportuerit compellentes. In premissis autem omnibus et singulis exequendis alter alterum non expectet.

 Datum Constantie, anno domini MCCXCVIII., VIII. ydus Novembris, indictione XII.

¹Hohenrechberg.

II

—

Nach der Urkunde von 1299 April 6 an die Pfarrer von Oberesslingen und Waldstetten.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 474 U 304

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 14, S. 459.

Regesten:

ADOLF DIEHL (BEARB.): Urkundenbuch der Stadt Esslingen, 2 Bde.,
Stuttgart 1899-1905 (Württembergische Geschichtsquellen 4 bzw. 7),
Bd. 1, S. 43, Nr. 148; Regesten Bischöfe Konstanz, Nr. 3077.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Konstanz

Aussteller:

Walter; Domscholaster von St. Johann in Konstanz Konrad; Probst von
St. Johann in Konstanz

Ortsindex:

Bebenhausen Wohnplatz (16199)
 Bebenhausen, Tübingen, Tü
 Beutelsbach Wohnplatz (1751)
 Beutelsbach, Weinstadt, WN
 Denkendorf Wohnplatz (319)
 Denkendorf, ES
 Esslingen am
Neckar Wohnplatz (331)
 Esslingen am Neckar, ES
 Hohen-
rechberg Wohnplatz (4847)
 Hohenrechberg, Schwäbisch Gmünd,
AA
 Kirchheim am Neckar Wohnplatz (1002)
 Kirchheim am
Neckar, LB
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Oberesslingen Wohnplatz (341)
 Oberesslingen, Esslingen am Neckar,
ES
 Wintzen Wüstung (21815)
 Wintzen, Weinstadt, WN, W